

**Piae Lacrumae quibus Viri ... Dn. M. Georgii Schedii, Illustris Gustroviensis  
Scholae Rectoris ... Suprema Fata in veri amoris observantiae & condolentiae  
monumentum**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777430274>

Druck    Freier  Zugang



**PIÆ LACRUMÆ**

*qvibus*

VIRI

Excellentissimi, Clarissimi & Eruditissimi

**DN· M· GEORGII  
SCHEDEII,**

Illustris Gustrovensis Scholæ **RECTORIS**

per multos annos dignissimi, fidelissimi, meriti-  
ssimi, Domini Præceptoris sui  
desideratissimi

**SUPREMA FATA**

in veriamoris obseruantiae & condolentiae  
monumentum

*prosequuntur*

**PRIMÆ CLASSIS DISCIPULI.**



ROSTOCHI

Literis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

Anno cœc L.

**S**HIC quoque Te SCHEDI CLARISSIME morta recidit  
Falce suâ, & numero contineat atra suo;  
Ut velut è medio perfecta retractus amara,  
Terra despiciens cœlica regna petas.  
Flerem, ni nossem coeli te sede potitum  
Aspectu pasci dulci & amore DEI:  
Quæ tua conditio fletum non poscit amarum,  
Nec lacrumæ huc ad nos Te revocare queunt.  
Gratulor hinc potius pariterq; ea regna beata.  
Opto mihi atque aliis: Tu DEUS ALME dabis?  
Ultimi honoris E. Dr. Praeceptoris suo fidelissimo  
hoc scripsit

**Marcus Lüschow Rostochiensis.**

### Grab-Schrift.

**Q**hierin dieser Grossfiegt Schedins begraben  
Der Schulen hoher Kühn mit seinen hohen Gaben  
Hier liegt der Mosen Zier die Kron der Castalinnen/  
Die Weisheit/Wissenschaft der weisen Charitinnen  
Noch hat diff alles nicht hier mögen widerstehen  
Des Todes Gransamkeit/drumm hat er müssen gehen  
Gwol! der Seelen nach sie ist im Himmel droben  
Darnach geflehet Er/da thut sie GOTT recht loben.

**Joachimo Carnatzio Gust. Megapol.**

**O**mibus in mundo viventibus imminet atra  
Mors, nullumq; sinit rives perpetuo.  
Hec tecum volvens mundanas abjice curas,  
Quisquis es, & citius cœlica regna petas.  
Quæ jam tum petuit quondam Celeberrimus hujus  
Gymnasii Rector SCHE DILL S astra colens.

**Johannes Schröder Parch. Megap.**  
Nunc

**N**unc tandem lacrymas omnes qvi scandere vultis  
Parnassum, lacrymas fundite qvæso simul.  
**S**CHE DRIU s emoritur Magnus, qvi cuncta replevit  
Doctrinā. Sed quid conditur in tumulum !  
Ah qvoties resonat vox hortatoria nostria nostris  
Auribus : O juvenes dicite, qvæso mei !  
**S**CHE DRI care Parens ubi nunc : ubi sumimus JO VA  
Regnat, & in cœlis gaudia nunc video.  
Felix ô nimium felix qvi talia curat !  
Sed Tibi defuncto gloria semper erit  
In terrâ : in cœlo ceu splendor tempus in omne  
Fulgebis, Daniel testis ut ipse Sophus.

- \* \* \*
- B**illich seyd iht nun betrübet  
P ihr zarten Mysen / ihe/  
Weil GÖTT solches hat verübet /  
Ums beraubet vnser Zier /  
Ach ! es ist ja zu beklagen  
Wer vermags wol außzusagen ?  
Was Er vns hiermit entnommen /  
**S**CEDIUM den werthen Mann  
Welcher allbereit ist kommen  
In die Himmels Frwrd hinan  
Nun er aller Cloch entrissen  
Durch den Weg / da wir hin müssen.  
Welcher als ein starcke Stütze  
Pflegt der Schulen vorzustehn /  
O ! wär er noch länger nütze !  
Doch hat Ihn GÖTT außerschein  
Vnd zu sich hinauff gehoben  
Ihn in Ewigkeit zu loben.  
Ach ! Wie hätten wir den gerne  
Hier behalten für vnd für  
Denn / der bey die guldene Stern  
Ist versezet / vnd alhier

A 2

Von

Von vns gar hinweg genommen/  
Vnd nun allem Leid entkommen.  
5. Ey so fahre hin mit Frewden  
    Unser Myszen Vater/dus  
Der du manches mustest leigen/  
    Schwiegest auch noch woldarzu/  
Dir wird hinfort nichts mehr schaden/  
Du bist nun in GOTtes Gnaden.  
6. Drum O hochbetruete Fraue  
    Stellet ewor weinen ein  
Thut auß GOT nur allzeit bawen  
    Er wird immer bey euch seyn/  
O so traxret doch mit massen  
GOTT der wird euch nicht verlassen:  
    Daniel Zwanzig aus Hall in Sachsen.

MAGISTER GEORGIUS SCHEDIUS.

ANAG:

DIU GEMO CHRISTE, SIS, AGE, SURGE.

CHRISTE DIU GEMO, SIS, AGE, SURGE, venig, Ministrum,  
*In pace mori fac IOVA.*  
SIS, AGE, SVRGE, DIU GEMO CHRISTE Redemptor IESU,  
*Ult solvam litore mundi.*

Non invitius enim moriar, mea suscipe vota;

Ab CHRISTE Redemptor IESU!

Talia dicentem simul alto corde gementem,

DEUS audit aure benigna.

Atque animam summi suscepit in etheris aulam,

Corpus requiescit in urna,

Cum supra dies perituro illuxerit orbi,

Schedio nostro redipivo

Una cum cœtu justorum laurea pulchra,

Dabitur cœli corona;

Quam

Quam dixit cunctis fere dare velle JEHOVA  
In nobis dona coronans,  
Quotquot constantes vera pietate manebunt,  
Qvoad hinc migrare jubentur.

U: H: E:

JOHAN: GEORG: MESTWERT  
Schaumb: Hag: Westph:

Mors, qui taleis indulxit Juppiter ausus,  
Demetere ut tantum non vereare virum?  
Sed tu lucraris nihil improba. Membra reguntur.  
In terris; animam cœlica regna tenent.  
Non ergo immodice RECTOREM flemus ademptum,  
Sed mage gratamur gaudia tanta poli.

Job. Sebastianus Genkel  
Mulhusius Thuring.

NON Virtutis opus, non doctæ Gratia Lingua,  
Non pia canities, non tot monumenta laborum,  
Fleßere, nec Parcam potuerunt vota precesq;  
Parceret ut nostro venerando Gymnasiarchæ.  
Verum non perijt, sed præijt atque petivit  
SCHEDELIUS etheream summâ cum laude coronam,  
Quam dedit in cœlis iustissimus EGADIWERTH.

Joachimus Jarmer Malchirensis.

E fluo nunc rotus lacrymis! Heu lumina fletu  
Manant, & curæ pectora mœsta coqvunt?  
Heuloqvar? an fileam? Sed jam mihi luctus acerbus  
Haud votem placidam promere corde sinit.

A 3

Tu

Turmea Mula' vénî, ac miserandæ incommoda fortis  
Defle, qvæ miserum Gustrovium ægra premit.  
Extinctum Themidos mystam mode curia flebat,  
Rectoris funus jam schola mœsta gemit.  
Origidæ Parcæ, vobis ego pectora ferro  
Esse, vel invicto clausa adamante puto!  
Nec precibus querulis rumors inhonesta moveris,  
Sævier in Doctos dira venena vomens.  
Cur celerem stultis simul & sapientibus arcum  
Tendis? Cur te non docta Minerva fugat?  
O homines miseri! olacrymosa tragædia fortis,  
Qvos nasci una dies cernit & una mori!  
Omnibus hæc eadem fortuna atque exitus idem,  
Tristi hoc exemplo SCHEDIUS ecce probat.  
Hujus enim pietas merita est, ut Nestoris annos  
Vinceret. Heu tamen, heu tristia fata subit!  
Sed procul iluētus, lu&cuhic sejunctus ab omni  
Cum CHRISTO exultans cœlica regna tenet.  
*Dietericus Lubow Gust. Megap.*

**B**IS septem lustris, vel summum vivitur octo,  
Ut docet Amramides divino Flamine plenus.  
SCEDIUS etatis complevit septuaginta  
Et plures annos. Sed multa pericula passus,  
Nunc ovarin Cælo, nunc sentit gaudia mille,  
Et CHRISTO Domino decantat Jubila Sancta.

LAURENTIUS SCHRODER  
Parch. Megap.

**S**CEDIUS occumbit RECTOR CLARISSIMUS olim  
Nostra, qvæ Capitis nunc jacet orba Schola.  
Oduram Lachesis tantis qvæ dotibus aucto  
Invide heic plures continuare dies!

Hinc

Hinc Gr̄ex Musarum totus (tristis lacrymandi  
Materia est,) querulas solvit in lacrymas.  
Teq; SCHEDI Rectore carens deserta Juventus.  
Heu ! gemit amissum, te revocatq; gemens.  
Prompus eras cunctis quoq; cupiere juvari.  
Consiliis, scriptis, munificis manu.  
Insuperatus abes nobis, Templisq; Scholæq;  
Inter cœlicolas gaudia latus agens.  
Salve ô sancte Senes ? celsi salve hospes Olympi,  
Ac fruere æternis undique deliciis.

Bernhardus Varendorff Gustr.

M. GEORGIUS SCHAEIDIUS RECTOR.

per Anagramma.

MORS GAUDES? HIC VICTOR: CERES.

Gaudia depereunt, queruli dolor undique luctus  
Exoritur ; fletu seclaris Jubila pompe  
Obscurata sileut ; brumalis Cyntius urbes,  
Umq; lugubri citius velamine singit ;  
Estant luctifiscum tellus & flumina vulnus.  
Incrustata gelu, orbicolisq; exempla relinquent.  
Imbroso quoque Tacaput abe norensle Numen.  
Symate, singulti Pubes Gustrovica, Doctum.  
Secessit Phœbus, Scholicus Pater, alta Columna.  
Cur age MORS GAUDES tantum absorpsisse Magistrum ?  
HIC VICTOR; palmam Victori porrige victa,  
En malavincula GERES, Hor omne superstite in avul.  
Didit enim famæ dectus indeleibile partem.  
In terris, eterna tenet pars gaudia cœli  
Sque vigens. Coëant fac vulnera tanta Scholai  
Sufficiens dignum, DEUS, & tutare relicto!

JOHANNES NESE

Gustr. Megap.

Sic

**S**IC in Te quoque Morta ferox, Clarissime RECTOR  
Expertus vir es est suas,  
Egregiam vero laudem & spolia ampla reportat,  
Mera scilicet ludibria.  
Idq; aliter fieri nequivit, Venerande MAGISTER  
Præceptor Optime Maxime.  
Ecquid enim poterat Morti superesse nefandæ  
In Te pio juris? Nihil.  
Quid? quod & ipsa Tibi vita fuit ansa beatæ,  
Quam nulla meta terminat.  
Perpes ubi requies est, atque immensa voluptas,  
Ubi sempiterna gaudia.

**CHRISTOPHORUS FRITZ**

*Gastr. Megap.*

**A**ch GOTT was sang ich an? Ich muss jetzt herzlich weinen/  
Weil Du verwandelt hast die grosse Herzens Freud  
In Jammer/Angst und Noht und höchstes Herkenleyd/  
Nachdem erblasset ist/ geschieden von den Seinen  
Mein bester Trost und Lust allhie auf dieser Erden/  
Die Seele ist hingezückt zur hohen Himmelssäusse/  
Der Leib verscheit wird in finstre Grabes Klusse.  
**O GOTT/O frommer GOTT!** wie wil es künftig werden?  
Ach ich gedachte frey auf ihn mich zu verlassen!  
Ach aber unverhofft verwirret mir allen Sinn  
Des Todes Tyrannen/mein Hoffnung fällt dahin  
Da mein Herr Rector fällt und gehet die Himmelsscrassen.  
**O Tod/du Wüterich** was machstu grosses Leyden/  
Uns die wir übrig sind? Nun traur du Musen Schaar  
Dein Rector ist davon gerogen ganz vnd gar.  
Denselben/der dir war so lieb/must du jetzt metten.  
Komm Helicon geschwind bind' umb dieß Traurens Florr/  
Apollo säume nicht/Minerva weine sehr/  
Erweiset eur am Sohn zu guter leze noch Ehr;  
Ihr Schwestern alle nem zehn bald mit uns zu Chore

Und

Und stimmt ein Trauilsted an/ Ihr Grassen benecket  
Das Angesicht und flagt das uns zu dieser Zeite  
So unbescheidenlich der Morta Gemmigkeit  
Den hochgelerten Herrn, der Schuler Haupt verleget.  
O weine wer ma kan. Jedoch was hiffet das weinen  
GODE haenur aufgespannt den wol verdienten Mann/  
Und ihn zur Ruh gebracht Er ist gar wol daran/  
Nur istt umb mich zu thun und umb die lieben Seinen.

Georgius Schadius von Freybergk in Meissen.

**H**ell dolor! heu luctus! Quæ vox mihi fertur ad aures?  
Extremum Rector clausit in orbe dicere?  
Sic est. Hinc nostri corpus deforme Lycei  
Factum est, & rapuit Mors truculenta Caput.  
Opposet votis mutari linea rerum  
Opponent calidae vertere fata preces?  
SCHEDIUS in vivis esset. Sede ferre necesse est  
Fatorum quicquid dextra paterna dedit.

JOHANNES FOEMUR Malchinensis.

**T**ristia miseri lætis hæc comprobat hora:  
Festa dies etenim referens cunabula CHRISTI  
Dulcia, dum prope adest, & dum novus ingruit annus,  
Qui merito nostræ infundat nova gaudia menti;  
Inficit ecce dolor furtivus gaudia, postquam  
Heu? duro cecidit fato flos ille Virorum  
Magnorum, SCHEDIUS, Praclarus Gymnasiarcha!  
Heu lux extincta est; qua non præclarior ulla!  
Huncce Virum lugete Viri, lugete puelli,  
Corde doloriferos Juvenes producite planctus.  
Sed tamen haud nimio plangemut pectora fletu  
Mors quia non mors est, sed somnus, & illius extat  
Spiritus in cœlis; in terris gloria vernat.

JOHANNES RODE.

B

Sic

**S**IC nostro eriperis gremio, prælare Magister,  
Tam subito nostris ex oculisq; fugis?  
Heu Pater! Ab Doct<sup>r</sup>o noster, venerande Magister!  
Sed frustra ploro funera. Vive. Vale.  
**Johannes Dahleus Sverinensis Megap.**

**Q**VICVID habet mundus, qvæ cœli continet axis,  
Qvæ mare, Telluris machina qvicvid habet?  
Qvæque his in terris communies aeris haustus  
Ducunt, sub leges Mors vocat atra suas.  
**Hoc compertus idem est præcellens arte MAGISTER,**  
Dum sensit sœvæ spicula dira necis.  
**E**cquis qvæso foret, qvem non hæc fata moverent,  
Qvī non ex animo condoliuisse velit.  
Jam lugent Musæ celebtes, lugentq; dolentq;  
Omnes Discipuli, qvin Schola & ipsa dolet.  
Nam Ludi in nostro qui dogmata pulchra solebat  
Tradere, eum tumulus nigraq; terra tenent.  
Astatimam fulgens superorum Curia cepit,  
Splendor ubi æternus, gaudia, risus, amor.

**HINRICUS Steinordi Gustrov. Megap.**

**E**ST vulgare mori, fera mors græssatur ubique.  
Infantes, juvenes, mors rapit atque Senes.  
Exemplo est Dominus SCHE D' IUS, mæstissima cuius:  
Uxor defuncto jam monumenta parat.  
Hinc tristis luctus, moxbus singultus & angor,  
Nos circumversant, planctus itemq; dolor!  
Sed non sit nimius noster ploratus oportet,  
Namque DEUS SCHEDIUM jam super astra tulit.

**Elias Clodius Rost. Megap.**

**S**CEDIUS ah! obiit Vir qvam Clarissimus ille,  
Qui Rector ludi Gustrovienis erat.

**Hie**

Hic tulit assiduos invictā mente labores,  
Redderet ut doctos artibus omnigenis.  
Heu! mortis nimium truculentā falce secatur,  
Sæcula qvi Pylii vincere dignus erat.  
Sed qvid longa ætas? quid mundi gloria prodest?  
Gloria coelestis gaudia vera parit.

Bernhardus Reuterman Gustroviensis Megapol.

**S**CHEDILIS occubuit Romana gloria lingue,  
Existens nostra firma columnæ Scholæ.  
Sed fuit, ab fuit! ah! sed nunc collapsa columnæ ista,  
Iactura hæc nobis magna & acerba quidem.  
O dolor! o lacryme! prob lamentabile funus!  
Vulnera qvot nobis quantavè dannata facis?  
Dignus erat fatis longè melioribus uti,  
Atque dies Pylios ducere dignus erat  
Sed DOMINO placuit filum disrumpere vitæ  
Atque illum sanctis annumerare chorus.  
Et qvia non aliter venerari possumus illum,  
Quam flendo, fletus nunc sine fine damus.  
Summe DEUS reliquos Mystras, fidosq; Ministro  
Conserva incolumes, qveis bona fata precor!

Johannes Reuter Megap.

**S**CHEDIUS est meritò celebrandus carmine Rector  
Lumenq; ippe Scholæ Gustroviensis erat.  
Præfuit officio, curâ studioq; fideli  
Supremum vitæ tempus ad usque suæ.  
Qvare Justitia fert redimitus ovabit  
Qvum vocante DEO surget ad astræ poli.  
Et sicut splendor Solis fulgebit in ævum  
Atque DEI laudes tempus in omne caner.  
Depositis igitur lacrymis, omniq; dolore  
Conemur preciis sollicitate DEUM. |

B 2

¶ Ut

Ut moestam servet viduam, tristesq; propinqvos.  
Rectorum nobis sufficiatq; probum.

Joachimus Henningius Gustrovi Megapolitanus.

Disce mori, quisquis vitali vesceris aurâ,  
Non datur hic longum vivere, discere mori.

C. F. C. G. M.

NEC Pietas retrahit Parcas, nec gloria; virtus  
Nec generis splendor; nec docta gratia lingvæ!  
Si tibi Regis opes essent, & jugera terræ;  
Quot volucris præpes teneris circumvolat alis;  
Attamen hoc flocci Mors instans æstimat omne,  
Sic in nos miseris post lapsum savit Erinnys  
Atrox, ut nulli parcat; sed semper anhelet  
Omnes sub nigra mortales condere tumbæ.  
Annon, Te quæso, RECTOR Clarissimus annos  
Dignus erat Pylios qui viveret ac superesset  
Nobis? Sed moritur! Tuluge classis ademptum  
Rectorem, cineris facilemque precare quietem!

Johann Burmühl Gustrov. Megapol.

Protopopæia

piè defuncti Dn. Rectoris.

IN terris annos ego vixi septuaginta.  
Atque duos, summo sic statuente DEO.  
Inq; Scholis docui præcepta selubria pubem,  
Officio fungens sedulus usque meo  
Ipsò Solsticio rapuit me Parca severa,  
Spiritus in cœlo est; ossa recondit humus.

Hardwicus Hane Megapol.

FLE Pietas, Candor, fle triplex triqua Sororum  
Doctoris SCHEDTI fata suprema mei:

Illijs

Illi⁹ SCHEDI⁹, fidus qvi Heliconis alumnus  
Exsistit, & nostræ gloria rara Scholæ.  
O duram sortem nostram & miserabile fatum,  
Quod mediâ vitâ uermibus esca damuc.  
Nempe placet sic æterno summoq; Parenti,  
Mortales citius nos ut ad astra vehat.  
Vita doloris enim nostra est & plena laboris,  
Nec non circumdant mille pericula eam.  
O igitur felix, o terq; quaterq; beatus,  
Qui placidè hic, ut tu Clare Magister, obit  
Mens pia salve, sancta vale mens: Deinde beatâ  
Mi JESU SCHEDI⁹ da mihi morte mori.

Debitam obseruantiam erga Dn. Praecept. fideliss. &  
gratitudinem erga hospitem munific. atte-  
staturus lug. adpon.

ANDREAS Willman N Brandeb.

Dignus erat SCHEDIUS consumere Nestoris annos  
Ut ferret nostræ commoda plura Scholæ.  
Verum non placuit DOMINO, qui translulit illum  
E terrâ in cælum, sidereumq; domum.

Johannes Clotaccus Gustr. Megap.

HEI mihi sunt pariter docti, indocti; caduci,  
Exemplo SCHEDIUS quod part esse ratum.  
Hicce sibi sumimum nomenq; decusq; pararat  
Mularum studiis, artibus atque bonis.  
Hinc dudum clari nomen Rectoris adeptus  
Gustrovicæ vixit Luxq; Caputq; Scholar.  
Atamen haud potuit mortis vitare periculum  
Vir tantus; dira sed sicilice cadit.  
Lugemus merito, ploramus jure Magistrum  
Surreptum nobis, conqverimurq; Patrem.

B 3

Sed

Sed luctus nostri metam statuamus oportet,  
Et committamus talia cuncta D E O.  
Qui dabit, ut corpus placide requiescat in urnâ,  
Donec junctum animæ surget ad astu Poli.

JOHANNES Mat̄h Svanensis Meg.

O Nimum nimium mors atra hoc tempore savit!  
Immane antediem rapiens juvenesq; senesq;

A qua Vir per quam clarus quoque S C H E D I U S illi  
Gustroviſi existens præcelsa Columna Lycei  
Extinctus, clausit mortalis tempora vita;  
Quia tamen ut traheret tercentum Nestoris annos  
Dignus erat; sed eum voluit revocare JEHOVA.  
Ergo DEUM precibus submisso corde rogemus:  
Ut maestam servet Viduam, vacuumq; Cadaver  
Tantisper placidâ in tumulo cum pace quiescat  
Dum tuba per densas sonitum dabit horrida nubes.

David Grandigripere Patchimo-Megapolitanus.

H EU; qvām vita hominum res est levis atq;e caduca,  
Florescens hodiē, luce sequente cadir.

Contigit hoc etiam TIBI Vir Clarissime SCHEDI,  
Qui lux Gymnasii Gustrovienſis eras.

Mors in Rectorem cur sic tua ſpicula mitis  
Nostrum? qui multis proderat arte ſua.  
Sed ſic eſt viſum Coeli Terræq; Monarchæ,  
Illum ex hac vitâ tollere ad astra Poli.

Nunc illum requies capit ac æterna voluptas,  
Qvam tua ſumme DEUS gratia ſola dedit!

ZACHARIAS GRAPPE Tetrovio Megapol.

Si quid in opatis nostris precibusq; fuifset,  
Longius, op̄i aviffemus, celeberrime RECTOR,

Hujus

Hujus in illustris, vixisse, commoda Ludi!  
Sed quia displicuit cali terra eis JEHOVAE,  
Cui necis ac vita commissa potentia nostra est  
Uni, facta fuit JOVE divina voluntas  
Ne quicquam culpanda. Piis in pulvere terre  
Manibus optaneus placidam de corde quietem.

Andreas - Daniel Habichorstius  
Bützovien Megapol.

**Q**uanto cum gemitu divinus Elisa secutus  
Thesbiten, tantò te RECTOR magne fleamus.  
O venerande Pater! Pater o venerande! recedis?  
Quo fugis aut veheris Rheda Iraëlis, Eqvesq;?  
Certe dignus eras transcendere Nestoris annos;  
Sed nimium dira mortis sicilice reselectus  
Occubis: merito nos te ploramus ademptum.

Andreas Schröder Butzoviensis Megapol.

**A**nno, doctrina, virtute & munere clarus  
Gymnasii RECTOR lumen vitale reliquit.  
O studiosa cohors mæstos nunc pangit versus,  
Et Praeceptoris decorato funera fletu.

David Fridericus Wachenhausen.

**S**olus ego cessem consortes edere luctus  
Vobis, quos tanti docuit vox docta Magistri?  
Abfit! Longum & quidem non possum fundere carmen;  
Larga tamen mæstus lachrymarum flumina fundo,  
Et Praeceptoris cœlestia gaudia grator.

Hardwicus Kieserus.

DIALOGUS DISCIPULI cum Beato Dn. Rector.

Discipulus.

**C**OR micat & trepidant imis præcordia fibris  
Oraq; sunt creta pallidiora novâ.

B. Dn.

B. Dn. Rector.

Qvis tua membra quatit terror? qvid tangit & angit?  
Quid pallens tristes hos geminasq; sonos?

Disc.

Inseqvor heulacrymis nostri venerande Lycei  
Discessum Rector, funera ploro tua.

B. Dn. Rector.

O puer in mundo satis est moestissime curas  
Exantlasse, DEI nunc fruor alloquiō.

Tu calidis votis, jussi qvod sepius, instes  
Et pergas studiis invigilare tuis.

Sic qvogye nobiscum qvondam coelestis alumnus  
Gymnasii, & sanctis converia gratus eris.

Jacobus Badingius Gusti. Megap.

### TRIUMPHUS COELESTIS

Beati Domini Rectoris.

R Itē juventutem torquebat cura docendi  
In terris animūm cottidiana meum.  
Pallida cura vale. Rectorum Rector I E S U S

Me nunc Angelicam jussit inire Scholam.

O ter sancta mibi salve te palatia Celi,  
In vobis requiem semper habeo meam!

Christophorus Friderici R. M.

### Defunctus loquitur.

G Ratia rara, labor certus, cum pulvere p̄edor,  
Praemia summa mei sudoris in orbe fuerunt.  
Verum nil refert, terrestria præmia mundus  
Qvod neget ingratus, jamjam coelestia pendit  
Ubiiora mihi mensura CHRISTUS IESUS.

Johannes Schwalmi Gusti. Megape

*P*rius in illustris, vixisse, commoda  
Sed quia displicuit celi terrae. J E H  
Qui necis ac vite commissa potentia  
Uni, facta fuit JOVÆ divina volunt.  
Ne quicquam culpanda. Piis in pulve  
Manibus optatus placidam de corde

Andreas - Da

Bützo

**Q** Vanto cum gemitu divinus Elisa secutus  
Thesbiten, tantò te Rector magne fleas  
O venerande Pater ! Pater o venerande  
Quo fugis aut veheris Rheda Israëlis, Eqvesq;  
Certe dignus eras transcendere Nestoris anno  
Sed nimium dira mortis sicilice resectus  
Occubis : miserio nos te ploramus ademptu

Andreas Schröder

**A** nnis, doctrina, virtute & mis-  
Gymnasiū RECTOR lumen  
O studiosi cohors mæstos nunc  
Et Praeceptoris decorato furor


David Frideric

**S** Olus ego cessem consortes edere luctus  
Vobis, qvos tanti docuit vox docta Magistr  
Absit ! Longum eqvidem non possum fund  
Larga tamen mœstus lachrymarum flumina fu  
Et Praeceptoris cœlestia gaudia grator.

DIALOGUS DISCIPULI cum Be

Discipulus.

**C** OR micat & trepidant imis præcordia fi  
Oraqi sunt creta pallidiora no



the scale towards document

norstius

vlegapol.

ausen.

reflexus.

B. Dn.

Image Engineering Scan Reference Chart T2E63 Serial No. 7